



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

22

D. 3.  
SEMICENTURIAM  
COMPARATIONUM  
VERÆ ET SIMULATÆ JCTORUM  
PHILOSOPHIÆ  
AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI  
INDULTU

IN INCLUTA ACADEMIA LIPSIENSÌ

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI



SUBMITTIT

P R Ä S E S

M. FRIDER. ALEXANDER KÜNHOLD

G O T H A N U S

ANTE MERIDIEM SINE RESPONDENTE

POST MERIDIEM VERO

RESPONDENTE

JOH. D A N I E L. S C H M I D T

HOHENFELDENS. THURING.

U. J. STUD.

D. XIV. SEPTEMBR. M DCC XVIII

H. L. Q. C.

---

L I P S I A E

TYPIS IMMANUELIS TITII.

MINISTERIALES  
DEPARTAMENTOS  
ESTADOS DE LA REPUBLICA  
DE MEXICO  
DURANTE EL AÑO DE 1910  
EN LOS ESTADOS UNIDOS  
ESTADOS UNIDOS DE AMERICA  
Y EN LA REPUBLICA DE MEXICO  
ESTADOS UNIDOS DE AMERICA  
ESTADOS UNIDOS DE AMERICA

VERACRUZ

ESTADOS UNIDOS



## D. D.



Xpectabant forsan illi, quibus  
mens est hanc perlustrandi dis-  
sertationem, prolixam de secta  
veterum JCtorum tractationem,  
meamque in eos, & diversas eo-  
rum opiniones, errores, ac ve-  
ritates, epicrisin; erant quoque,  
qui Philosophiaz Platonicz, Ari-  
otelicz, Scholasticz, Ramez, Carthesianz, & quaz sunt  
alia sectariorum nomina, collationem in his foliis qua-  
rent: nec deerunt, qui censoria virgula hoc qualecum-  
que specimen gravissime notabunt. Sed hæc omnia  
ab itinere copto me non deterrebunt, nee me offendent  
diversa, de stationum itineris dispositione, judi-  
cia; quaz ut scopulos obstantes, scrupulosque viato-  
rum calceis inhærentes, omni data opera excutiam.  
Intrepide ergo ingredior viam, comitatus fidissimis,  
ratione & revelatione ducibus, relictisque omnibus  
rerum huc non spectantium sarcinis, veram sacerdo-  
tum justitez philosophiam, a simulata, affectata, falsa  
& perversa, discernam. Qua in re hæc mihi placuit  
methodus, ut articulatim verum JCtum semper oppo-

nam simulato: quo oppositis juxta se positis veritas magis elucecat, & instar solis splendidissimi, dissipet affectatae nebulae sapientia.

## §. I.

**O**rgenum Prudentiaz juris recte vocatur Philosophia, vita dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, exclamante Cicerone lib. V. Tusculan. quest. Hanc sectantur omnes, quibus vera sapientia curaz cordique est; ad hanc consurgunt veri Jcti. Hinc illi, qui neglectis humaniorum literarum subsidiis, & spreta philosophicarum disciplinarum cognitione, immensum jurisprudentiaz mare ingrediuntur, similes iis, qui natandi artem non didicerunt, immersuantur; & licet perperuo usu, longa consuetudine, & bonitate ingenii, facultate, ideas quascunque oblatas tenacissime retineti, praediti, magnum numerum casuum practicorum, cautelarum, formularum, & legum probantium, insignem sibi thesaurum acquisierint, & omnia, quaz ad panem lucrandum spectant, sibi impresserint; immota tamen stabit conclusio: Jctos qui sobriam philosophiam magni faciunt, & in hujus specie amplexus suavissimos ruunt, recte philosophari; eos vero, qui philosophiam, ut viles ineptasque quisquilias, & meras stulticias, refugiunt, simulatae philosophiae, utut speciem sapientiaz præ se ferant, antesignanos jure meritoque haberi.

§. II. Omnia disciplinarum philosophicarum cognitio necessaria est Jcto. Quare necessitatem cù justibet doctrinaz philosophicaz agnoscit, & tam theoreticas, quam practicas philosophiaz partes in succum & san-

& sanguinem convertit. In primis vero Logica, ad veritatis cognitionem, & falsitatis refutationem, utitur. Bullas vero projicit, qui, Logica neglecta, vel non recte intellecta, causarum forensium decisionem in humeros recipit; cuius rei exemplum praebet Vargas ille Hispanus, qui hunc in modum argumentabatur:

*Hæretici fraxerunt templam,  
Bonī nibil fraxerunt,  
Ergo hæretici debent omnes patibulari.*

Indigno sane, tanto, vel tantillo potius, Philippi II. Regis Hispaniz Confiliario, & Prætore judicij criminalis Belgici, ratiocinio, digno vero, qui inter simulatos, & personatos philosophos secundum teneat locum.

§. III. Metaphysicam quoque non plane relegandam, & e censu disciplinarum philosophicarum expellendam esse, statuit: perpendens nec ipsum ab aliis intelligi posse, nec se aliorum cogitata assequi valere, ni ideas propriis exprimat vocibus. Hoc vero, sine accurata entis, ejusque affectionum cognitione, causarumque diversarum perceptione, fieri non posse, nemus facile negabit. Quomodo enim leges intelligere poterunt Jurisperiti: quomodo celebrium JCtorum scripta legere, & in corum mentem penetrare ipsis dabitur, nisi sufficientem terminorum technicorum, quibus philosophi ad exprimendas ideas utuntur, intellectum acquisierint. Quodsi observassent glossatores isti venerabiles, qui seculo barbaro, non contenti claris atque distinctis rerum appellatioibus, quotidie novas parturiebant ineptias, & tanq; Metaphysics du-

etum (sub qua doctrinam de spiritibus etiam comprehendendam esse arbitror) securi fuissent, lamentabilis ista glossa: *vinum esse bibendum, quia anima sit spiritus, & spiritus non possit habitare in sicco: nunquam rikui omnium exposuisset, obtusum glossatoris ingenium.*

§. IV. Notitia rerum naturalium, quæ vulgo physica appellatur, JCto plura assert commoda. Inter illa eminet, quod Judex rectius in multis causis judicare, Legislator rationibus non destitutas leges ferre, & causarum Patroni clientes meliorem in modum defendere possint. Ob oculos pone tibi Judicem de Adulterii criminis consummato, vel inchoato, judicantem, vel Advocatum mulierem, quæ infanticidii accusatur, defendantem: quomodo ille sententiam ferre valebit, hic vero, si in primis partum, sine vitali luce natum fuisse, ostendere intendit, finem consecuturus est, nisi bene cognitis atque perspectis causarum naturalium meritis. Quod si hoc observasset Julianus, non mihi occasionem dedisset, simulati philosophi nomen ipsi imponendi, quod optimo jure promeruit, dum Aristoteli, vulvam quinque receptacula habere, afferenti, fidem habuit, l. 36. ff. de solu. cuius rei falsitas vel manibus palpari potest, & multis Anatomicis oculari inspectione jam dudum demonstratum esse, omnes sciunt.

§. V. In Mathesi hospitem esse JCtum non oportet, quod non de omnibus Matheis disciplinis acceptum velim; sed ambabus concedo manibus, optione jure JCtum ignorare posse plurimas Matheis impuræ partes, & exceptis Arithmetices & Geographicas.

graphis studiis, quibus & Chronologiam addo, sine qua historia juris cognosci, & difficultates solvi non possunt, nullam ipso esse tam necessariam, ut nescire non licet. Ex his quæ dicta sunt constat, errare illos, qui Architectonicam, Geometriam, aliasque Matheseos partes, JCto necessarias esse, autumant; & ex eo, quod finium regundorum, fanaliz herciscundz, termini moti, alluvionum, & quæ sunt plura, sepius in jure mentio fiat, sententiam suam probare volunt. Quemadmodum, enim ad emetiendum totius Matheseos spatium non omnes idonei sunt, sed iis tantum licet adire Corinthum, qui natura ad id quasi natati videntur; sic JCtus omnia Matheseos adyta summo studio perlustraturus, minus necessaria discendo, & ea, quæ necessaria sunt negligendo, conscientiam laderet.

§. VI. Ex, quas consideravi huc usque, disciplinæ, ad intellectum perficiendum, ejusque vitia corrigenda, manus præbent auxiliaries, voluntati vero, ejusque morbis, nullam afferunt medelam. Ast cum philosophia, quæ in nuda speculazione consistit, sine praxi, corpus sine anima repræsentet: ideo JCtus non solum theoretice, sed etiam practice philosophatur.

§. VII. Ante omnia animo, a prejudiciis autoritatibus, præcipitant, & quæ sunt alia nomina, libero, totius doctrinæ moralis systema contemplatur Jurisperitus, & universis Jurisprudentiæ moralis speciebus ad coercendas pravas voluptates, eorumque furorem resinguendum, & bene beatique vivendum, & officia ius,

tis, quibus debentur, exhibenda, utitur.. Is autem, qui sub colore virtutis, pravæ libidinis latibula quærit, affectibus imperare non didicit, aliisque lopus est, ut ut maximis titulis superbiat, simulati vel plane nullius JCti notam non effugiet.

§. VIII. JCti nomen non meretur is, qui neque de aliorum moribus judicare, nec in' ipsorum vitia inquirere potest: quod nullo modo ab ipso effici posse; mihi persuadeo, qui Ethice doctrinæ ignarus, instar cœci de coloribus disputat.

§. IX. Sine Politica ne vocabulum quidem Jusprudentiaz explicare potest, *Resold. in præcogn. polit.* Excluditur autem hic Machiavellistica rationis status non triceps; sed multiceps illa bestia, quæ proh dolor! caput suum altius hodie extollit, & sub specie conservationis reipublicz, nescio quam peritiam alias fallendi, occultat.

§. X. Exinde probe distinguenda vera prudentia politica a simulata, affectata & frivola. Verus politicus detestatur media ista, artesque subdolas; quibus utuntur Pseudo - Politici, ad gratiam Principum sibi conciliandam, eorumque avaritiam explendam, ovesque non tendendas sed deglubendas, quibus conscientia vel plane nulla est, vel adeo lacerata, ut difficillimum sit, omni data opera eandem in integrum restituere.

§. XI. Sine prudencia economica JCtum muneri suo satisfacere, persuaderi non possum. Quam tamen ita coarctandam esse, ut excludantur modi illegitimi divitiæ acquirendi, arbitror. Sufficit vero, si cognitionem solum habeat earum rerum, de quibus judicare

care debet, & non adeo necessario ad essentiam juris prudentis pertinet, ut ipsa praxi œconomum se exhibeat; nisi omnes Stoicos, qui nullam curam rei familiaris habebant, & inter eos Maserium Sabinum, cui amplæ facultates non fuerunt, sed plurimum ab auditoribus suis sustentatus est, l. 2. §. 47. ff. d. O. J. pro JCtis habere nolimus.

§. XII. Longe alia ratio est legum naturalium, quæ revera hominem a brutis distinguunt, & insignem ipsi præ brutis animantibus, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit, attribuunt prærogativam: sine hoc lumine nil nisi tenebræ in intellectu existent, quod miserrimi isti JCti, qui leges civiles, quæ, paucis exceptis, claræ & perspicuæ sunt, prolixis commentariis non explicarunt, sed implicarunt potius, exemplo suo comprobant.

§. XIII. Hæc Jurisprudentia naturalis a multis ex solo lumine rectæ rationis derivatur; a multis quoque, rationem sine revelatione non sufficere, adstruitur. Qua in re distingo, an de Jure naturæ, quod cum omnibus hominibus, etiam Ethnicis, commune habemus, an vero de eo, quod ex ratione illuminata haufimus, sermo sit. Prius sola nititur ratione, & jus gentium a se progenitum agnoscit, atque primo socialitatis principio superstruit id, quod justum est, id est, quænam officia homo homini in societate constituto, vel sibi meti ipsi, ipsa ratione dictitante, præstare teneatur: & hoc nullo modo literarum sacrarum autoritati ullum præjudicium inferre potest. Posterius vero vel harmoniam rationis cum revelatione, vel errores, qui

ex rationis fibi relictæ abusu gignuntur, demonstrat, & hinc longe præfertur juri naturali nullum lumen ex sacris literis haurienti. Simulati idcirco philosophi characterem esse judico, si, spreto lumine gratiæ, secundum dictum rationis vivendum esse profitetur.

§. XIV. Ante omnia leges naturales cum legibus divinis moralibus conjungit verus JCtus, & si animadverterit, inter rationem & revelationem non convenire, rejecto corruptæ rationis instinctu, divinum mandatum præfert omnibus contra voluntatem divinam militantibus conclusionibus. Quod, si melius perpendissent Jcti Romani, nunquam ab illis concubinatus, homine Christiano omni dubio procul indignus, permisus fuisset.

§. XV. Sicuti Jus naturæ sanum atque sobrium in omnibus negotiis, præcipue in foro, tam respectu, Judicis, quam respectu litigantium, multum præstat utilitatis; sic quoque non diffiteri possum, sæpius Labyrintho implicari processus judiciales: dum autoritas legum receptarum inpugnatur, istæ ex Jure naturæ facta sæpius torquentur, & pro lubitu explicantur. Unde enim tot JCtorum dissensus, si nodum in scirpo multi non quererent, & autoritate legum civilium, quam non rationibus, sed conviciis, destruere conantur, rejecta, imperium, de quacunque re pro lubitu judicandi, sibi arrogarent.

§. XVI. Hisce generalibus præmissis, sequuntur specialiora, de iis, quæ verus JCtus circa quamlibet philosophiæ partem sequatur, quæque refugiat. Exordium faciam de abusu terminorum philosophorum,

quem JCtus, confundere magis, quam illustrare ideas percipiendas intelligit, & hinc terminos longo usu approbatos, reique convenientes, longe præfert iis, qui, ab otiosis ingenii excogitati, plerumque logomachias producunt.

§. XVII. Non sufficit simplex terminorum apprehensio, sed componendi artem, familiarem quoque reddit sibi JCtus noster, veri Philosophi titulo superbiens, & ratiocinio sano verum a falso distinguere, sophistarumque retia expansa, evitare potest. Audiat modo, cui placet, litigantes, & controversias incidentem JUDICEM; quid deprehendet, nisi exercitium disputatorium practicum, in quo sapientius numero, qui optimam causam habet, eam vero defendere nescit, victas dare manus isti, qui malæ causæ pallium circumdare, & adversarium ad silentium deducere didicit, cogetur.

§. XVIII. De interpretatione, quæstio occurrit, an JCtus sine ea jus ad factum applicare possit? respondetur negative. Non enim semper leges tam claræ atque perspicuæ sunt, ut nulla interpretatione egant, nec sufficit verba legum tenere, sed rationes quoque investigandæ sunt, quæ legislatores ad hanc vel illam legem ferendam commoverint: & ut paucis multa dicam, legulejus est, qui verba legum, quas tamen non intelligit, allegat.

§. XIX. Tam inscribendo, quam proponendo se commendat methodus, sine qua omne, quodcumque dicatur vel scribatur, confusum chaos repræsentabit, & ὑπερον πράττειν omnem evidentiam tollet. Exempla sunt odiosa, alias in scenam producere pos-

sem pragmaticos, qui inconcinno scribendi genere patientia legentium sapientia abusi sunt.

§. XX. Satis de logica philosophandi ratione. De Metaphysics usū & abusu jam supra quādam dicta sunt. Doctrinam de Spiritibus ad Metaphysicam pertinere nullus dubito; quam probe ab ontologia discernendam esse arbitror: illius auxilio magiæ diabolice suspecti vel condemnantur, vel absolvuntur; hæc vero nullum aliud, quam bene & accurate scribendi loquendive, subsidium præstat.

§. XXI. Exulet vero omnis verborum captatio, cuius parentem agnosco Thomam Aquinatem, & reliquos Scholasticos; ex quorum stercore, licet auri aliquantulum colligi possit; veri tamen JCti libentius imitantur apes, quæ ex floribus melliferis, non ex stercore, mel sugunt: & ex ipso legum fonte, non ex cloacis, fitim replent.

§. XXII. Cum JCtus non ævros ερα pro fundamento philosophandi ponat, sed liberam, eamque eclecticam philosophiam sequatur; indignam certe judicabit doctrinam de ente, ejusque affectionibus, quæ pomposo philosophiæ primæ titulo superbiat: primam potius philosophiam istam esse censebit, quæ præcognita atque fundamenta totius systematis philosophici in speculo quasi exhibit. Delectetur econtrario meris nugis simulatus philosophus, & nubem pro Junone, vitiatam pro virgine amplectatur, id quod ipsi nunquam invidebo.

§. XXIII. Metaphysicam excipit Physica, cuius cognitio non solum Medicis, propria est, sed & sacerdotibus

dotibus justitiae apprime necessaria. Quid enim frequentius est, quam ad Medicorum responsa refugere: quod in casibus dubiis nullo modo quidem improbadum est; sed cum hodie, quemadmodum olim Romæ, omnia, fides & justitia, sint venalia: melius conscientia prospiciet, si in causis, quas ex cognitione rerum naturalium decidi oportet, ipse potius earum rerum, quæ huc spectant, notitiam habeat, quam ut aliis, qui facile auxilio armatorum, quibus resistere non possunt, corrumpuntur, credere cogatur.

§. XXIV. Vera Philosophia nunquam consistit in mera speculatione. Quemadmodum enim JCtuş appellari non potest, qui legum magnūm numerum memoria tenet, illas vero ad facta, in vita communis obvenientia, applicare nescit; sic quoque illorum facta est Philosophia, qui doctrinam, sanam quidem intellectu fano, hauserunt, vitam vero, regulis justi, & honesti, & decori, contrariam agunt.

§. XXV. Disciplinæ morales adeo arcto vinculo sunt conjunctæ, ut una sine altera subsistere non possit: finge Æthicum, quam corrupti mores ejus erunt, si prudenter politica ipsi desit, & hæc nondum sufficiunt, officiane quæ homo homini præstare tenet, præstabit? nisi jus naturæ accedit, officia vero erga Deum ex Theologia naturali cognoscat. Hinc verus philosophus vivum exemplar totius doctrinæ moralis sistit; larvatus vero, larva detracta, bullam inanem.

§. XXVI. Philosophia veræ & perfectæ est, affectibus dominari, Novell. 74. c. 4. & fortior est qui se ipsum, quam qui hostes vincit. Hoc dominium usurpat

pat JCtus, ne cœcarum passionum furiis abripiatur, & injustum pro justo, iniquum pro recto, falsum pro vero habeat. Hac de causa passionum domini JCtorum nomen merentur, affectuum vero mancipia excluduntur.

§. XXVII. Inprimis avaritia, omnium malorum fons & scaturigo, procul sit a limine judicii. Quos enim auri sacra fames cepit, hi malam causam defendere non erubescunt, si modo arcas cistasque replere, omniumque oculos, & ora dicentium: ecce divitem Corrumpendum, in se convertere possint. Detestatur hunc acquirendi modum, cui vel scintillula conscientiarum studiique bonarum famarum, superest, miserrimum putat esse avarum, qui eorum quoque, quae ad victum & amictum pertinent, defectum patitur, & longe remotus a tranquillitate animi, idea cruciatuum infernorum existit.

§. XXVIII. Inter affectuum furias non infimum locum tenet ira, qua inflammati nesciunt quid agant, & instar furiosorum nil nisi viadictam meditantur. Huic ante omnia frena injicit JCtus, & pacato animo, nulla personarum consideratione habita, jus reddit.

§. XXIX. Reliqui affectus depravati, qui omnes sub triade primariorum affectuum, ambitionis, avaritiae & voluptatis comprehenduntur, ignavia, garrulitas, odium, invidia, immisericordia, omnesque affectuum primariorum filia, a JCo omni data opera sub jugum mittuntur. Felices, quorum intellectus monarchicam in voluntatem, ejusque vitia, exercet potestatem! qui que in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putant, neque precibus calamitosorum in

temp̄stivis illacrymari consueverunt. Id enim non est constantis & recti judicis, cuius animi motum vultus detegit. *l. 19. ff. de offic. pr̄fid.*

§. XXX. Cognita pravitate affectuum propriorum, in aliorum quoque affectus inquirere oportet; & h̄c cautela ideo inprinīis commendanda est, ne ab aliis decipiāmur. Longe hic differt inquisitio veritatis philosophica ab ea, quā legibus civilibus introducta est. Tormentis extorquent JCti confessionem delictorum ab illis, qui indiciis gravati, vel testibus convicti, veritatem delictorum criminalium fateri nolunt: Philos̄phi vero sine tormentis, pr̄via temperamentorum cognitione, omniumque actionum acurata consideratione, s̄pius veritatem rei, faciliōri modo, detegunt; quo stratagēmate usi sunt, sapientissimus omnium JCtorum Salomo, qui fraudem mulieris, partum alienum pro suo venditantis, aperuit, & ille iudex, qui inter plures homicidii perpetrati accusatos illius, cuius pulsū cordis vehementiorem reliquis deprehenderat, admonitione facta, conscientiam inopinato artificio ita perculit, ut verum fateretur.

§. XXXI. Ex his quā paragrapho pr̄cedente at-tuli, liquet, studium, diversas hominum inclinationes perscrutandi, fructus producere uberrimos. Cum enim diversæ hominum actiones sint, diversam quoqne causam, quā istas producit, necessariam esse oportet. Hinc mixtura ista temperamentorum, uti vulgo vocantur, a sanguine humorumque diversitate oriunda, JCto cognita atque perspecta esse debet; quod si hic hospes fuerit, quomodo bonos a malis, melancholicos a cole-ricis

ricis discernet? qua ratione judicare valebit, an is qui propria manu mortem sibi concivit, vel alterum trucidavit, affectu melancholico, an vero dolose & ex mera malitia, vitæ tædio, hoc fecerit.

§. XXXII. Politices necessitatem supra demonstravi, & hic non inutile videtur, prolixius aliquantulum de vera Politica disseruisse. Hæc pro fine habet felicitatem cujuscunque reipublicæ mediis licitis promovendam; ad illa perverso modo refertur ratio status, qua principibus, ex pessimo illo principio: *quod liber, licet, licentiam, in bona subditorum & aliorum per fas & nefas involandi, tribuit.* Neutquam enim ratio status ex quacunque utilitate, sed ex honestate metienda est. Et hinc turpe Caji Cæsaris dictum, intrepide afferentis: *si violandum est jus, imperii gratia est violandum, in aliis rebus pietatem colas.* Cicero quoque non sine omni labore mihi videtur, Catanem reprehendens, quod ille optimo animo utens, & summa fide, noceat interdum reipublicæ. lib. 2. epist. 1. ad Attic.

§. XXXIII. Utinam in ipso partu extincta fuisset politica illa NICOLAI MACHIAVELLI, Florentinæ olim reipublicæ, nunc Ducatus, Secretarii, quæ tam multos perversorum animos veneno perniciöfissimo infecit, & in primis tot bellorum, devastationum & cladium, fons & origo fuit. Pauci suscepérunt pessimi hominis defensionem, mirorque, magni nominis Philosophum de eo afferere, maximum ejus crimen fuisse quod docuerit, quæ alii quotidie faciunt. Inspiciat modo, cuicunque placuerit, spurcissima ejus theore-

stata, quæ de principe conscripsit, & inter hæc pri-  
mum statim: *principi ante omnia optandum est, ut pius  
videatur, etiam si non sit: & secundum: princeps, si quid  
in religione falsi est, id confirmare debet, dum id favende  
religioni possit.* Estne hoc docere quod alii quotidie  
faciunt, aut potius, quidquid integratatis supererat,  
corrumpere. Detestatur verus JCtus & Philosophus  
ejusmodi simulatam politicam, eamque quæ legibus  
divinis conformis est, sectatur.

§. XXXIV. Solus homo creatura illa perfectissi-  
ma juris naturalis capax est. Excluduntur ergo  
omnia animalia, quæ, cum nulla lex ipsis data, neque  
legem transgredi, inque illam delinquere poterunt.  
Simulati idcirco Philosophi notam non effugiet, qui  
jus naturæ proprie sic dictum, nobis cum brutis com-  
mune esse, affirmat.

§. XXXV. Dixi supra quod jus naturale sine re-  
velatione subsistere non possit. Quod sic explico:  
speculative concedo, quod sola ratio sufficiat ad co-  
gnoscenda ea, quæ in societate facienda, & fugienda  
sunt; si vero ad ipsam præxim accedamus, istum verum  
JCtum esse censeo, qui deficiente lege civili, pro jure  
subsidiario agnoscit verbum Dei inspiratum, non vero  
leges naturales, sive voluntati divinae contrarias.

§. XXXVI. Nec adeo scrupulosus est in tracta-  
tione illius controversiæ, de primo & adæquato juris  
naturæ principio, quæ ut plurimum multis logoma-  
chiis ansam præbet; sed de verbis non adeo acriter  
esse pugnandum, modo in re conveniat, ipsi mens est.

§. XXXVII. Valeant ei, qui tædio legum Roma-  
C narum,

narum, confilia de novo Codice faciendo dederunt, & subimeti p̄fis, excogitatione n̄avorum, in proprio cerebro natorum, mirum in modum placent. Felices se putant JCti, quibus contigit certo jure uti, & ab autoritate legum Romanorum, Imperatoria, & Electorali, non ab incertitudine aequitatis cerebrinā pendere: infelices vero reapse sunt, qui vel ex studio contradicendi, vel vanam gloriam affectandi, vel ex ignorantia demum, jus Romanum omnium risui exponere volunt, cum tamen longe vires eorum transcendat facultas meliora proferendi.

§. XXXVIII. Non equidem negari potest, maculis quibusdam aspersas esse leges Justinianeas: at vero quemadmodum nec sol a maculis libera extat, & ideo plene tamen sufficit, ad lumen suum nobis communicandum; sic quoque leges Romanæ, in unum corpus autoritate Justiniani redactæ, splendorem suum retinent, utut interdum quosdam patientur defectus. Corruit itaque simulata istorum opinio: qui parvam, vel plane nullam legum Romanarum autoritatem, & utilitatem, in imperio nostro Romano-Germanico, concedunt.

§. XXXIX. Hinc facile colligitur, quænam sit causa, quod quædam Dicasteria e diametro sibi contradictant. Nulla alia est, (si ponamus, & omnes casuum circumstantias ponderatas esse nec corrumpi possente Collegia) quam diversus decidendi modus; quibusdam pro lubitu posthabita, aut contemta legum Romanarum autoritate, casus sibi obvenientes decidentibus; quibusdam vero non ex jure naturæ facto,

sed

DILECTISSIMO FRATRI  
NATU MAXIMO  
D O M I N O  
CHRISTIANO ERNESTO  
KÜNHOLDO  
JURIS UTRIUSQUE DOCTORI  
ET CONSILIARIO SERENISSIMI  
DUCIS ISENACENSIS  
*DAT, DICAT, DEDICAT*  
H A N C  
COMPARATIONIS VERÆ ET SIMULATÆ  
JECTORUM PHILOSOPHIÆ SEMI-  
CENTURIAM  
P R A E S E S.

THE SIGHT OF A FALCON

BY JAMES THOMAS

ON THE 17<sup>TH</sup> OCTOBER

IN THE COURTYARD  
OF THE CASTLE OF  
CHARTRES.

BY JAMES THOMAS

ON THE 17<sup>TH</sup> OCTOBER

IN THE COURTYARD

OF THE CASTLE OF

CHARTRES.

BY JAMES THOMAS

ON THE 17<sup>TH</sup> OCTOBER

# FRATER DILECTISSIME!

Quod te in primis annis, etiam in aliis, non  
admodum dico, sed quod te in aliis annis, etiam in aliis,  
admodum dico, sed quod te in aliis annis, etiam in aliis,  
admodum dico, sed quod te in aliis annis, etiam in aliis,  
admodum dico, sed quod te in aliis annis, etiam in aliis,  
admodum dico, sed quod te in aliis annis, etiam in aliis,



T equalitas studiorum, & vera amicitia, quam incorruptam, sartam, rectamque conservavimus, & singulare denique amor, quo literas humaniores, & sanam, sobriamque philosophandi rationem prosequeris, causa fuerunt, ut nomini TUO carissimo hanc de vera, & simulata jCtorum philosophia, dissertationem inscriberem. Agnoscis mecum, veros jCtos esse rarissimos, & ideo majori honore mactandos: hanc jCtorum non simulatam sed veram philosophiam exhibit Ulpianus,

I. I. §. I. ff. de Just. & Jur. Justitiam, inquit, colimus: &  
boni & æqui notitiam profitemur: æquum ab ini-  
quò separantes: licitum ab illicito discernentes: bo-  
nos non solum metu poenarum, verum etiam præ-  
miorum quoque exhortatione efficere cupientes:  
VERAM, nisi fallor, PHILOSOPHIAM non SI-  
MULATAM affectantes. *Habes hic, FRATER*  
**OPTIME**, *ideam Thematis mei contractam: ha-*  
*bēs quoque fontem unde meditationes presentibus pagi-*  
*nis contente fluxerunt. Lego, & relege cogitata mea,*  
*& si quid minus accurate dictum judicaveris, me-*  
*cum communica. Ceterum Vale, & amare me de-*  
*finas.*

Lipsia die 12. Septembr.

ab Icc XII.

Fratrem sincero animo TE  
semper redamantem

M. FRIEDER. ALEXANDRUM KÜNHOLDUM.

sed ex legibus receptis iudicantibus, quorum posteriores turpissima via incedunt.

§. XL. Vera igitur JCtorum philosophia in eo occupata est, ut ea, quae tot seculorum usus comprobata sunt, neque legibus divinis obversantur, facta teatave conservet; simulata vero, ubi opinio consentiunt, ibi dissentendum, novasque leges sine ratione introducendas esse, pro fundamento ponit.

§. XLI. His expositis, ut eō fābilis vera Philosophia JCtorum discerni queat, characteres quosdam, ex quibus utraque facile cognoscitur, communicabo. Vera philosophia abominatur futum; simulata artificia, alios decipiendi, & sub specie honestatis ex eorum damno lucrum caprandi, commendat.

§. XLII. Vera excludit προσωποποιίαν; simulata hanc ut virtutem extullit.

§. XLIII. Vera docet humanitatem mixtam severitatem, ex sincero pectore oriundam; simulata producit ut nimiam humanitatem lucri causa affectatam, vel μυστικήν προστέλλει.

§. XLIV. Illa non nisi causa cognita pronuntiadum esse docet; hæc tumultuarie pro lubitu etiam procedi posse inculcat.

§. XLV. Illa cunctando & deliberando restituorem instruit suos cultores; hæc aliquando in causa est ut nimia præcipitania cordatorum patriotarum & oleum & opera perdatur.

§. XLVI. Vera philosophia JCtorum eclectica est, neque in ullius hominis auctoritatem jurat, nisi ratione nitatur; hæc vero sectaria.

§. XLVII.

§. XLVII. Perfectus JCtus ad pia desideria refertur: verorum exempla sunt rara; simulatorum plena sunt omnia.

§. XLVIII. Non datur Pantohistor, neque respettu earum rerum quæ ad Philosophiam pertinent. Hinc JCtus verus erit, qui philosophiam, moralem imprimis, ipsa vita exprimit, theoretice vero cognitionem aliquam sibi comparavit.

§. XLIX. Ex his, quæ differui, fluit, JCtum verum eum esse, qui vita & doctrina se talem exhibet, quam jura divina & humana postulant, qui que jus suum cuique tribuit; simulatorum vero JCtum his omnibus carere requisitis, & aliquando videri, nec tamen esse, aliquando etiam nec videri, nec esse, iustitiz sacerdotem.

§. L. Vera ergo JCtorum Philosophia, est *notitia rerum divinarum atque humanarum, ipsa praxi corroborata, ad suum cuique tribuendum applicata: simulata vero econterario est frivola, perturbata atque confusa cognitio rerum quarumcunque, vitam producens legibus & socialitati contrariam.*

---



Ἐπιβλήματα.

I.

*Verum, & simulatum, recte sibi opponuntur.*

II.

*Metaphysica, & Philosophia prima differunt ut genus, & species.*